



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

I. De castitae ordinatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

paschæ solenni, cui interfuit Odo & Vvulstanus archiepiscopi, & alii plures episcopi, qui perquirentes de consilio animarum nostrarum, & eorum qui subditi sunt illis.

CAPITVLA.

I.

Inprimis est vt sanctis ordinibus euecti, qui plebem Dei docere debent lumen vitæ, castitatem teneant secundum ordinem suum, sit *vverhades*, sit *vvisshades*, sit alterum, sit alioquin, sint eius digni quod in Canone dictum est, hoc est, vt perdant sæcularem pecuniam, & sanctificatum **le-gerstovva*, id est positionis locum, si non conuertantur & emendentur. ** id est, sepultura locū,*

II.

Decima præcipimus omni Christiano super Christianitatem suam dare, & emendent: *cyrisceatum*, id est ecclesiæ censum, & *elmesfeob*, id est eleemosynæ pecuniam. Si quis hoc dare noluerit, excommunicatus sit.

III.

Si quis sceleratis manibus effundat sanguinem Christianum, non appareat in conspectu regis priusquam emendationem ineat, sicut episcopus docebit, & pœnitentiam consulat.

IV.

Qui cum nunna vel sanctimoniali fornicabitur, sanctificato atrio sit indignus, nisi emendet, sicut homicida, sic idem diximus de **evvice*, id est de adulterio vel infracto coniugio. ** l. covbrice,*

V.

Amplius dixi vt omnis episcopus reficiat Dei domus in suo proprio, & regem admoneat, vt omnes ecclesiæ Dei sint bene paratæ, sicut magnum nobis opus est.

VI.

Qui falsum iurabunt, & liblacum facient, sint in æternum a Dei consortio segregati, nisi ad dignam satisfactionem per omnia reuertantur.

Pars II. huc nihil confert.

TITVLI CAPITVLORVM PARTIS III.

I. De homicidio.

III. De fihrevvita & manbota.

II. De assultu in itinere versus ecclesiā vel burgum regis.

IV. De fundentibus sanguinem humanum.